Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8139
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

enī adiecto fomite cessat incendiū. adiecta igni mania plus au
geatur flamma. Oculi quoque prima tela libidinis. visio prima concupi
scentia mulieris. meus enim per oculos capitur aspectus namque amor
iacula mittit concupiscentia libidinem nutrit. aspectus mentem illicit. am
mā vulnerat. cor vulnerat. Subtrahat visio. repime oculos a peculiaritate
ne eos defigas in specie carnis. nulla ad concupiscendū aspiras. nulla
hoc animo attendas ut concupiscas. Tolle occasionem peccandi. auferre
materiā delinquendi. Si vis esse a fornicatione vacuus. esto corpore a
visione discretus. Corpore quippe seiunctus a peccati intentione discedis.
circa serpentem autem positus ni eris diu illesus. Ani igni existens. nisi fer
reus sis aliquando dissolveris. primo periculo diu tutus ni eris. Passidui
tatem etiam peccat homo. Sepe familiaritas implicauit. sepe occasio
peccandi voluntatem fecit. sepe quoque voluntas ni potuit. assiduitas supa
uit. Otio etiam dedito etiam luxuria surrepit. vacantem etiam luxuria poe
cupat. Quinis libido irrit quem otiosum inuenerit. Cedit autem libido rebus. ce
dit opi. cedit industrie et labori. libidinem quippe carnis sepe labor
euacat. Corpus enim labore fatigatum minus delectat flagitiū. Qua
propter pcaue otium ni diligas otium. ni ducas iniquam in otio. fatiga corpus
tuum laboribus. exerce opis cum subtile studium. quere opus utile. quo im
plicet intentio animi. Cum opere vacat lectioni. vacat in meditatione spi
ritualiter vacat in lege dei. Habeo in diuinis libris frequentiam. assidui
tas legendi sit. sit frequens lectio. sit cotidiana legis meditatio. lectio
ne sensus et intellectus augeatur. Lectio enim docet quod caueas. lectio
docet quo tendas. Multum profitet quod legis si tamen facis quod legis. Sa
ne si cetera bona placent. si et alia grata sunt. si in voluntate sunt. si
in voto sunt. si in bonis cum eius animo paratus es. esto humilis. esto in
humilitate fundatus. esto omnium vltimus. fundatus humilitate minimum
te fac. Omnibus te ponas. nulli te superiorem deputes. estima omnis supe
riores esse te. Quanto summus sis humilitate tene. Si humilitatem tenueris
habebis gratiam. Quanto enim humilior fueris. tanto te sequetur gratia al
titudo. Caue autem iactantiam. caue ostentationis appetitum. caue gloriam
animi studium. Non te arroges. ni te iactes. ni te insolenter extollas.
alas superbie ni extendas. elationis pennas ni erigas. nichil de te presu
mas. nichil bonum tibi tribuas. de iustitia iniuria nulla elatione sup

+ Lectio vitae dimittit errore. Lectio amandi frequentior vanitatem.

+ omnibus te minimum aspiciens, et superiore te omnibus deputes.